

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Disputationem Philosophicarum Tertia continens Regulas VI. circa doctrinam. Actus et Potentiae respondeate publice Johanne Tobia Majore

urn:nbn:de:bsz:31-102400

Disputationum Philosophicarum

TERTIA,

continens

REGULAS VI.

circa doctrinam.

ACTUS ET POTENTIÆ

RESPONDENTE

publicè

IOHANNI TOBIA MAJORE,

REGULA I.

Quod quis potest, si vult, potest absolute.

I.

Desumunt hoc ex Augustino *de lit. & spir. c. XXI* & Anselmo *L. II. cur Deus homo c. X.* Sensus est: De quò dicitur, quod hoc vel illud possit, facta hypothesi, si velit, de eò simpliciter & sine ulla hypothesi affirmatur, quod id possit. Veritas ejus perspicitur inductione. Qui enim potest currere, videre, disputare, si vult, de eò rectè dicitur simpliciter, quod possit currere, videre, disputare, &c.

II. Eadem sententia est Socratis apud Platonem, in *Hipp. min.*: quando: *potens, ait, est, qui facit, quod vult, & quando vult, morbo vel quibusdam talibus non impeditus, verum quemadmodum tu meum nomen, quotiescunque vis scribere, potes.* Et ex principio isto disputat, eum, qui artis alicujus,

ut

ut nutritum de sint, mag imperitu semper d tingat ve velit.

III. potest al E. Deus impia.

quæ vul Necessè esse falsa

IV. R quemad rum est e re videre videre d subjectu verum gere, si v potest in probor

O. fu Quic quicquic E. & l Mino

ut numerandi computandique peritus est, quæsitum de numero aliquod, ut ter septingenta quomâ sint, magis posse mentiri eo, qui rudis illius est & imperitus, propterea, quod ille possit mentiri semper & quotiescunque velit: hunc autem contingat vera dicere propter incitiam, etsi mentiri velit.

III. Sed objicitur: Quod quis potest, si vult potest absolurè. Sed Deus potest peccare, si vult. Deus potest peccare. Conclusio est falsa, atq; impia. Minor est vera, quia Deus omnia potest, quæ vult. *Quæcumq; voluit, fecit, Psalm. CXXXIV*. Necessè est igitur, majorem, quæ nostra regula, esse falsam.

IV. Resp. Regula vera est de eo, qui potest velle quemadmodum patet ex adductis exemplis. Verum est enim de homine, quod, quia potest currere videre, disputare, si vult, possit absolurè currere, videre disputare, ex eo, quod homo est ejusmodi subiectum, quod potest illa velle: quemadmodum verum quidem est, si dicam, lapis potest intelligere, si vult; nec tamen verum est, si dicam, lapis potest intelligere. Quod autem illud verum sit, probor:

O. substantia intellectualis potest intelligere.
 Quicquid vult est substantia intellectualis. E.
 Quicquid vult potest intelligere.

E. & lapis, si vult, potest intelligere.
 Minor probatur: quia velle est actus voluntatis.

ut

tis. Quicumque igitur vult, ille habet voluntatem. Sed quicquid voluntatem habet, illud est substantia intellectualis. E. quicquid vult; est substantia intellectualis. Cur, cum dico hypotheticè, lapis vult, potest intelligere, sit verum, falsum tamen sit, si dicam absolutè & categoricè, lapis vult, causa est, quod lapis non potest velle.

V. patet hinc responsio ad argumentum obiectum. Cum enim major non sit vera, nisi ita, quod quis, si vult, potest & potest velle, potest absolutè, minor sic erit subsumenda: Deus, si vult potest peccare, & potest illud velle; at sic falsa est. Non enim Deus potest velle peccatum. Hæc responsio est Durandi. III. dist. XII. q. II. quam nos paulò fusiùs explicavimus, & habet fundamentum in ipso Anselmo.

REGULA II.

Frustra est potentia, que non traducitur in actum.

I. Tritisima hæc usù in Philosophorum scriptis est propositio. Et quavis expressis verbis apud Aristotelem posita non occurrat, ex t. 32. tamen L. I. de Cælo satis evidentè colligi posse videtur. Ibi enim disputans, circulares motus non esse contrarios, hoc affert: corpora, quæ contrariis motibus in circuitum moveri dicuntur, aut æquales vires habent, aut inæquales. Si prius, se invicem impediunt, & neutrum movebitur, atque ita frustra erunt. Si posterius, id, quod vincet, solum

mo-

movebitur
um non fr
ti hisce fu
tia sit, qu
surdè asse
quod frust
ant frustra
videntis
in quò &
lis fulcitu

II. Fru
finè, prop
endæ alvi
fra, deam
est. & hu
animalia
sed ut vi
que modò
mines, &
di, scribi
potentia

III. Fr
Metaph.
non trad
gnet, vel
habere, &
in actu
nitione
attulerat

movebitur, atque ita alterum, quod motum suum non subit, frustra erit. Hoc argumentum niti hisce fundamentis, & quod frustra illa potentia sit, quæ in actum non deducitur, & quod absurdè asseratur, dari aliquid in rerum naturâ, quod frustra sit, cùm Deus & natura nihil faciant frustra, sicut dicitur *loc. cit.* & aliis in locis, evidentissimum est. *Textum 45. L. III. de anima*, in quò & ipso proponitur argumentum, quod illis fulcitur principiis, consultò prætereo.

II. Frustra esse id dicitur, quod non assequitur finem, propter quem est, ut si quis deambulet de jicendæ alvi causâ, & dejectio non subsequatur, frustra deambulâsse dicitur, *II. Ph. t. 62. At finis actus est. & hujus gratiâ potentia suscipitur, neque enim animalia vident, ut videndi potentiam habeant, sed ut videant, potentiam habent videndi: eodemque modo ut edificent, edificandi autem habent homines, & ut contemplantur, habitum contemplan- di, scribit Arist. IX. Met. t. 15.* Frustra igitur est potentia, si ad actum non deducatur.

III. Fuerunt, ut videre est ex *cap. IV. L. IX. Metaph.* qui statuerunt, dari potentias, quæ ita non traducuntur in actum, ut actus ipsis repugnet, vel, quod eodem recidit, aliquid potentiam habere, & possibile esse, ut impossibile sit ipsum in actu deduci; quod refutat Aristoteles ex definitione *τὸ δυνατόν* sive possibile, quâ *preced. cap.* attulerat: *possibile est, cujus potentia si ad actum*
duca-

ducatur, nihil eveniet impossibile. Si igitur aliquid possibile est, cujus potentiam impossibile est in actum deduci, sequitur, ejus, quod possibile est potentiam in actum ductam, sequi impossibile.

IV. Verum multas potentias dari, quæ in actum non deducantur, & sic frustra esse quotidianam testatur experientia. Quot enim reperiuntur, qui cum ad generandum idonei sint; ejurati sponte sceminarum consuetudine non generant. In multis quoque tum viris, tum mulieribus potentia generandi exerceri nequit; *Δε μενωματα αθη τα υορμα; η τας τοντας προς τλω ομιλια; δε σιμς, II. de gen. an. c. VII.* Eorum, qui ingenio sunt ad bonarum literarum studia apertissimi, plurimi totos se abjectis & illiberalibus opificiis tradunt.

V. Respondemus cum Zimata *propos. CXVII.* & multis aliis, exempla *preced.* S. adducta concernere individua; in quibus nihil absurdi, potentiam non traduci in actum, & sic frustra esse, quemadmodum & in generatione monstrorum, quæ in individuis consistit, natura frustra est, cum ibi alicujus gratiam agat, quod non allegitur, *II. Phys. t. 82.* At in tota specie potentiam non traduci in actum & sic frustra esse, iis non evincitur.

VI. Verum hoc modo non omnis difficultas sublata videtur, quod afferri possit potentia, quæ per totam speciem non ducatur in actum. Primum enim talpis inest potentia videndi, quod inde

inde fati
structi sint
detur. At il
tur in actu
certo habe

VII. Se
quem nullu
cessurus sit
progredien
tentia non
nullus colo
in rerum n
beret pote
quam tam
propterea

VIII. C
rum ita dif
pam modo
men omnin
videat, ne
pratenam
apparet. E
scriptio ead
tinent; ut p
fig. essent
verbis Ph
solum inci
dam eorum
tentiam vide

inde satis probatum redditur, quod à naturâ instructi sint oculis, quod *αὐτοψία* evidens esse videtur. At illa potentia in totâ specie non traducitur in actum. Talpas enim non videre, pro tam certò habetur, ut in proverbium abierit.

VII. Secundò; Esto locus in orbe terrarum, quem nullus homo accesserit unquam, neque accessurus sit; cùm nihilominus habeat potentiam progrediendi, quâ accedere eum potest. Illa potentia non videtur propterea esse frustra. Sic si nullus color gilvus aut cyaneus fuisset unquam, in rerum naturâ, neque futurus esset, oculus haberet potentiam eum videndi, neque ullus unquam tamen vidisset aut visurus esset. Quis visum propterea frustra animali datum esse assereret?

VIII. Quantum ad primum: De oculis talpæ ita disserit Aristoteles *I. de hist. an. c. IX.* *Talpam modò quòdam oculos habere dixerim, cùm tamen omnino habere negem; quippe cùm omnino nec videat, nec perspicuos habeat oculos: verùm si quis prætentam membranam detrahit, locus oculorum apparet. & pars nigra eorundem: situs denig. & descriptio eadem, quam legitimam conspicui oculi obtinent; ut potest cum obducta, cute pressis, confusi, oblesig. essent, dum crearentur.* Patet igitur ex hisce verbis Philosophi, talpis veros oculos non esse, sed solùm inchoationem vel adumbrationem quandam eorum. Quod si oculis destituuntur, nec potentia videndi præditi esse possunt.

E

IX.

IX. Sed regeat aliquis, inchoationem illam oculorum esse frustra. Quis enim possit esse finis ejus? Respondent, idcirco naturam dedisse talpam illam oculorum adumbrationem, ut eos aliis animalibus quodque modo similes efficeret, quæ ad similitudinem satis est, ut non frustra id à naturâ factum esse videatur.

X. Ad posteriora duo exempla respondemus potentiam esse frustra, quæ in totâ specie ad nullam traducitur actum. Quod si ad actum aliquem & respectu alicujus sub subjecto adæquatò contenti deducatur, licet non in actum omnem, & respectu omnium sub subjecto ejus contentorum deducatur, non propterea est frustra. Et ratio est quia finis, potentia est actus indifferenter, & respectu objecti indifferenter, non hic vel ille actus vel respectu hujus vel illius objecti determinatè.

XI. Quin imò, si aliquid præscriptis determinatè destinatum sit finibus, frustra id non est, si unum illorum consequatur, quamvis reliquorum fortassis compos non fiat. Proficiscitur quis Lipsiam tempore mercatus, & ut mercetur ea, quæ vitæ quotidianæ usura postulat, & ut filium studiorum causâ ibi commorantem inveniat. Quum eò venit, filium à contubernali aut aliò quoddam ex sodalibus in patriam profectò abductum non invenit, atque ita alterò sine excidit. neque tamen iter illud frustra institutum esse dixeris, propter alteram finem, quò sicut potest.

tus. Sed in
tur occasi

XII. C
catur frus
actum, ad
mines vel p
tot actus
res saltem
aliorum o
deduci po
est frustra
progredie
accesserit
respectu a
tus est an
quamvis
contingat

XIII. 2
tra eos, qu
est horum
essentia,
um habet
mas recip
esset ejus
ipsam hal
tas forma
illa poter
coelum in
jus, nunq

twb,

tus. Sed hæc de re inferius fortassis dicendi dabitur occasio.

XII. Quid? quod si ad hoc, ut ne potentia dicatur frustra esse, requireretur, ut ad omnem actum, ad quem deduci potest; deduceretur, omnes vel pleræque potentia frustra essent, cum ad tot actus non deducantur, quin ad alios vel plures saltem numero diversos, & respectu plurium aliorum objectorum numero saltim differentium deduci possint. Sic ergo facultas locomotiva non est frustra, etsi ad certum aliquem locum, ad quem progrediendo pertingere posset; nullum animal accesserit, cum illa facultas deducatur in actum respectu aliorum locorum. Nec visus frustra datus est animali hoc ipso, quod eo multa percipit, quamvis certum aliquem colorem videre non contingat.

XIII. Zimara & alibi hæc Regula utuntur contra eos, qui statuunt, materiam Cæli cum ea, quæ est horum inferiorum, ejusdem esse rationis, & essentia, hoc modo: Materia horum sublunarium habet potentiam ad plures & oppositas formas recipiendas. Si igitur materia Cæli cum eâ esset ejusdem rationis & speciei, necesse esset, & ipsam habere potentiam ad plures, easq; oppositas formas. At consequens hoc absurdum est, quia illa potentia nunquam traducitur in actum, quum coelum incorruptibile sit, ac propterea materia ejus, nunquam aliam formam recipiat.

XIV. Verùm cui partem quæstionis affirmantem defendere libuerit, ille iis, quæ §. X. & seqq. proposita sunt, fortassis responderit, potentiã materiæ corporum cœlestium esse traductam ad actum. Licet enim successivè alias atque alias formas non suscipiat, esse tamen eandem potentiã quã jam informatur formã Cœli, & quã aliarum formarum materia illa capax est, & sic eam actuatam jam esse. Quæ responsio eò minus absurda videtur, quod licet materia non transmutetur & diversas formas recipiat, quã parte corporum cœlestium materia est, sustinet nihilominus huiusmodi mutationes, quã sublunarium materia est.

XV. Jacob Arminius in *Apol. art. 19.* negat Adamum ante lapsum habuisse potentiã credendi in Christum, eò sine nimirum, ut neget, Deum post lapsum ab ipso potuisse fidem in Christum exigere hoc jure, quod eam sua culpa amiserit. Ratio ejus vel ex præcipuis ista est, quòd nulla fuerit tum necessitas, nulla utilitas potentiæ credendi in Christum, imò non potuerit in actum potentiã illa deduci; (cùm Christo, ut Servatori, in statu integritatis non potuerit esse locus) At natura nihil facit frustra, multò minus Deus.

XVI. Sed observatis iis, quæ modò dicta fuerunt, nullo negotiò argumentum Arminii eliditur. Multa possunt fieri ab hominibus, quæ nec
ul.

ullus fig.
Quod si e
sylvã non
tile non f
rendi de
cet à neg
non sit a

XVII.
credendi
mo in sta
lus tunc f
quimur
Christus
fuiſſet, p
actus. C
atorem,
dit Armi
eum cred
istere hu
stus cum

XVIII.
se potens
rem, & il
di in De
simam,
mul com
notionu

XIX.
quam et

ullus sigillatim, nec plures conjunctim faciunt. Quod si enim Hercyniam vel aliam quamcunque sylvâ non incendunt, quod id necessarium & utile non sit, an propterea potentiâ ignem ei inferendi destituuntur? Non igitur argumentari licet à negatione actus, quod is utilis & necessarius non sit ad negationem potentiæ.

XVII. Certum est, non potuisse potentiam credendi in Salvatorem traduci in actum, si homo in statu integritatis permanisset, quod nullus tunc fuisset, nec esse potuisset Salvator: (Loquimur de tali Salvatore, qualis nobis jam est Christus) sed illa potentia non idè frustranea fuisset, propterea quod deducta fuisset ad alios actus. Credidisset enim Adamus in Deum ut crearetur, ut largitorem omnis boni, sicut concedit Arminius. Hâc ipsâ potentia potuisset quoque cum credere in Christum, si possibile fuisset existere hujus fidei objectum, ipse nimirum Christus cum suo merito & satisfactione pro peccatis.

XVIII. Largitur Arminius, Adamum habuisse potentiam credendi in Christum, ut Servatorem, & illam eandem fuisse cum potentiâ credendi in Deum; verùm illam non fuisse nisi remotissimam, nempe vim intelligendi & volendi, & simul communem omnibus mentibus impressarâ notionum scientiam.

XIX. Verùm, si asseramus, potentiam propinquam etiam fuisse eandem, nempe eam, quam

habuit per imaginem Dei, quâ Deum verè agnoscebat & amabat, argumentum Arminii nobis non adversatur. Nam nec potentia proxima est frustranea, quamvis ad aliquos actus non traducatur, imò quamvis ad aliquem traduci nequeat deficiente objecto; inprimis, si ad illum actum & ad illud objectum non sit ordinata, aut propter ipsum alicui concessa. Instructus fuit Adamus à Deo liberò arbitrio, quo potuit peccare, non tamen ordinatum id fuit à Deo ad peccatum. Quod si in peccatum non fuisset lapsus an tu potentiam vel arbitrium illud frustra fuisse dixeris.

XX. Julius Pacius *in cap. VI. Lib. III. de anima* hoc principio adstruere conatur resurrectionem mortuorum. Docet nimirum, facultates animæ, etiam organicas, ut sensum & phantasiam, manere post mortem. Quamvis enim & interire eas statuat, id tamen non nisi ex accidente fieri, nempe quatenus organum eorum perit, sine quo anima operari non potest, absolute tamen, & quatenus in animâ sunt, persistere dicit quemadmodum facultas equitandi maneret in equite, etsi omnes equi tollerentur.

XXI. Hinc colligit, necesse esse, ut vel aliquando anima recipiat corpus, vel potentias sive facultates illas frustra retineat, cum extra corpus non possint deduci in actum. Cùm autem nulla potentia sit frustra ex Aristotelis & veræ Philosophiæ principiis, fatendum erit, animam aliquando recepturam corpus.

XXII.

XX
quàm u
tentia s
ducatur
nos cog
manet.
magnit
toto vi
est frus
so Paci
stra. I
separat
turus il
corpor

XX
tia aud
quas c
bus an
persua
dimus
sed inf
persua
one fo
tem se
erem.

XX
Paciu
quasi
illis p

XXII. Verùm infirmius est hoc argumentum, quàm ut tantæ rei fidem afferre possit. Ut ne potentia sit frustra, sufficit, si aliquo tempore traducatur vel traducta fuerit in actum. Ita credere nos cogit potentia auctrix, quæ in omni vivente manet, quamdiu ipsum; quæ tamen si ad justam magnitudinem animal perduxerit, postmodum toto vitæ tempore quiescit; illa nihilominus non est frustra in animali secundû principium ab ipso Pacio adductum, quod nihil in natura sit frustra. Ita ergò & potentia illæ animæ à corpore separata non frustra erunt, etsi non amplius futurus illarum sit actus, quod officio suo, cum in corpore anima habitaret, jam sint defunctæ.

XXIII. Et quid dicemus de hâc ipsâ potentia auctrice, ut & de nutrice & generatrice, & aliis quas communes nobis natura fecit cum omnibus animatis? Illas cum nos ipsi, qui indubitata persuasione mortuorum in vitam reditum credimus, non aliquo tempore tantum post mortem sed infinitis seculis otiosas futuras statuamus, quæ persuadebimus illis, qui diversam de resurrectione fovent sententiam, absurdum esse, post mortem sensus & phantasiam perpetuam agere quærem.

XXIV. Neque discrimen constituere poterit Pacius inter facultates sensitivas & vegetatrices, quasi discedente animâ per mortem à corpore, illis permanentibus, istæ intereant. Id enim ne-

que principiis ipsius consentaneum esse existime
neque quâ ratione adstruere id possit, video.

XXV. Dixerit, propterea eas interire, quod
nullam in alterâ vitâ habiturâ sint usum; Regere
adversarius, supponi futuram resurrectionem,
quam tamen hoc argumentô probare contende-
rit. Taceo, quod alia multa hic Pacius tanquam
concessa sumat, quæ maximè sunt controversa,
quæque omnia nullus forsan eorum, quibus resur-
rectionem mortuorum persuadere voluerit, ad-
miserit.

XXVI. Caterùm nonnulli ex Scholasticis sta-
tuunt, etsi homo non peccasset, futurum tamen
fuisse, ut filius Dei incarnaretur, inter quos est
Scotus III. d. l. q. VII. Inter alia & hoc argumen-
tô fuere usi; Cujus boni capax fuit humana natu-
ra peccatô existente, id Deus ei peccatô etiâ non
existente dedisset; siquidem nulli creaturæ dene-
gat bonum, cujus est capax; aliter enim illa po-
tentia sive capacitas fuisset frustra, Atqui humana
natura peccatô existente fuit capax, ut assumere-
tur à Filô Dei in unitatem personæ. Ergo hoc
bonum ei Deus dedisset, etiam peccato non ex-
istente. Majoris ratio est evidens, si enim ante
peccatum hujus boni non fuisset capax, sequeretur
hoc absurdum, quod per peccatum capacitas
humanæ naturæ quoad bonum fuisset amplificata
& aucta.

XXVII. Evidens est, nostrâ regulâ hoc argu-
men-

mentum

intellectu

I. q. I. a. l.

re, inquit

dum pote

nam sem

vacuam

tas alicu

propter

potentias

creatura

& hoc m

dignitat

tur, nec

adimple

quicquid

ejus. Sin

I. art. III

XXII

entials,

brahamo

ptista ap

fi, nec fa

stia, rati

obediens

est, etsi

potentia

nec ad iss

quemad

mentum fundari, & idcirco solutionem ejus ab intellectu quoque ejus pendere. Thomas III dist. I. q. I. a. III. respondet: *Capacitas alicujus creaturæ, inquit, potest intelligi dupliciter; vel secundum potentiam naturalem, quæ pertinet ad rationem seminales, & sic nullam capacitatem nature vacuum Deus dimittit in genere, quamvis capacitas alicujus creaturæ particularis non impleatur propter aliquod impedimentum: vel secundum potentiam obedientiam, secundum quam qualibet creatura habet, ut ex eâ possit fieri, quod Deus vult & hoc modo in humanâ naturâ est capacitas hujus dignitatis, ut in unitatem divine personæ assumatur, nec oportet, quod omnem talem capacitatem adimpleat, sicut non oportet, quod Deus faciat, quicquid potest, sed quod congruit ordini sapientiae ejus.* Similem responsionem reliquit P. III. Qv. I. art. III.

XXIIX. Ita in lapidibus est potentia obedientialis, quâ apti sunt, ut ex ipsis filii surgant Abrahamo, quemadmodum testatur Johannes Baptista apud *Matth. III. v. 9.* At quod illud non fit, nec facit, ut illa potentia in lapidibus sit frustrata, rationem eam esse existimo, quod potentia obedientiae est ipsa rei essentia, quæ frustra non est, etsi ad actum, ad quem per absolutam Dei potentiam deduci potest, non deducatur, cum nec ad istum actum (saltem primò) sit ordinata, quemadmodum Deus essentiam hominis eo non

ordinavit primò, ut assumeretur in substantiam, Filii Dei, nec lapides ad hoc fecit, ut ex iis exciderentur Abrahamo filii.

XXIX. Verùm antequàm ad alia transeamus, discutiendum est adhuc unum, quod negotium alicui faceſſere poſſit. Est nimirum ſententia Philoſophi, dari potentiã infinitum, tum ad diſtinctionem, qualis potentia eſt in numero, tum ad diſtinctionem, qualis eſt in continuo, quemadmodum dicitur *III. Phyſ. c. VI.* At illa potentia non poteſt traduci in actum, quia non poteſt dari actu infinitum ſive magnitudinẽ, ſive multitudinem, ſicut diſputatur *cit. III. Phyſ. at. 40. uſq. ad 56. & I. de celo at. 33. uſq. ad 76.* Quod ſi illa potentia in actum deduci nequit, fruſtra eſt, & per conſequens nõ eſt.

XXX. Ad hoc reſpondetur, potentiã dici infinitum, continuum quidem diſtinctione, numerum verò additione, quod hic in infinitum maior fieri poteſt, i. e. quantocumque dato numero, ſemper maior dari poſſit: illud verò ſecundum omnes partes, & ſic in infinitum diſiſibile ſit, cum ejus omnes partes ſint diſiſibiles. Id verò poteſt bifariam intelligi, in ſenſu diſtributivo, ut loquuntur, uſcilicet nulla pars detur, ſecundum quam non poſſit dividi, & hoc modo reſpondet illi potentia actus incompletus, ad quem deduci poteſt. Itaque enim dividitur continuum, ut ſemper reſidua ſint partes, quæ adhuc ſine termino dividuæ ſunt, cum nulla pars ſit, quæ non conſtet & ipſa ex par-

tibus diviſi
infinitum
collectiv
partes ſi
potentia
tinui pa
quens; &
Sed id it
ne quide
ſed tantu
de ortu
ori loco
doctrinã
poteſtate
poſſit eſſe
liquod, q

Actus

I. P

Eſt enim
quj illud
eodem p
predicat
ſummum
dem præ
mo.

II. Eſt

tos prop
§. 26. u

tibus divisibilibus; ex quò sensu non sequitur, actum infinitum dari posse. 2. In sensu, quem vocant, collectivò, ut dividi possit ita, ut tandem omnes partes sint divisæ simul, & h. m. respondet illi potentia actus completus, absolvens omnes continui partes, nullamque absque sectione relinquens; & hòc modò ad actum deduci non potest. Sed id itam potentiam frustraneam non facit, quia ne quidem est potentia ad actum hoc posteriori, sed tantum priori modò, sicut patet ex t. 9. *Lib. I. de ortu & inter. & t. 57. L. III. Phys.* quo posteriori loco hæc notatu dignissima, & præsentem doctrinam plurimum illustrantia habentur verba: *potestate autem non ita sumi debet, ut si hoc statua possit esse, quod hoc statua erit; ita & infinitum aliquod, quod actu futurum sit.*

REGULA III.

Actus & potentia sunt in eodem genere.

I. Per genus hic intelligitur genus summum. Est enim sensus, ut constat ex lectione Autorum, qui illud usurpant, quòd potentia & actus sint in eodem prædicamento. Cùm autem quodlibet prædicamentum suum peculiare habeat genus summum, idè idem est dicere, aliqua esse in eodem prædicamento, & in eodem esse genere summo.

II. Est autem admodum usitata hæc apud multos propositio, quam desumunt ex *XII. Metaph. & 26.* ubi docet Philosophus, eadem esse principia

cipia omnium generum, nempe materiam, formam & privationem. Cum ergo forma & privatio pertineant ad illud genus sive prædicamentum, ad quod pertinet ipsa res, colligunt hinc, ut ait Suárez, necesse esse, ut potentia etiam, sive materiale principium, ad idem semper prædicamentum pertineat.

III. Ponit istam propositionem expressè Thomæ, quando *Part. I. Quest. LXXVII. art. I.* ex eo probare conatur, potentias animæ realiter differre ab animâ. *Cum enim potentia & actus, inquit, dividant ens, & quodlibet genus entis, oportet ut ad idem genus referatur potentia & actus: & ideo si actus non est in genere substantiæ, potentia, quæ dicitur ad illud actum, non potest esse in genere substantiæ.*

IV. Manifestum hinc est, propositionem istam à Thomâ accipi de potentiâ tunc receptivâ, tunc activâ. Et ita expressè docent Cajetanus *ibid.* & Javellus *Lib. IX. Metaph. quest. I.*

V. In contrarium disputat Scotus *II. dist. XVI. q. 1.* & in promptu sunt instantiæ. Primò enim, necesse est, dari potentiam receptivam, quæ substantia sit, ut actus ejus, quem recipit, in prædicamentò aliquò accidentis stabuletur. Sumamus quodcunque accidens, v. g. quantitatem. Id in substantiâ est tantquam in subjecto: sed quicquid est in aliquò, ut in subjecto, id est in eo receptum, quicquid autem, in aliquò recipitur, per potentiam

am recep
minis pa
igitur su
ceptivan
dens. Si
cùm om
quoque
am aliqu
stio, subst
niendum
tis substa
nitum.

VI. Se
Thomæ
distincte
animæ su
tum.

VII.
sententiâ
te. Ergo

VIII. C
quædam
tatis. Ea
catur. Su
deorsû, ve
Permane
ad quod
tegoriam
de re jam
am

am receptivam recipitur, quemadmodum ex terminis patet, nec à Thomistis negatur. Receptum igitur substantia aliud accidens per potentiam receptivam, quæ vel substantia est, vel aliud accidens. Si illud, habemus quod volumus: si hoc, cum omne accidens sit in substantiâ, id ipsum quoque erit in substantiâ receptum per potentiam aliquam receptivam: de qua redit eadem quaestio, substantiane sit, an accidens, & sic vel deveniendum erit ad potentiam receptivam accidentis substantialem, vel dabitur progressus in infinitum.

VI. Secundò, Facultates animæ secundum Thomam sunt qualitates ab ipsâ anima realiter distinctæ, illi immediatè inhærentes. Ipsa igitur anima substantia est potentia receptiva qualitatum.

VII. Tertiò: Alia accidentia, ut qualitates, de sententiâ Thomæ insunt immediatè in quantitate. Ergò quantitas per seipsam ea recipit.

IX. Quartò, Gravitas & levitas sunt potentia quædam pertinentes ad prædicamentum qualitatis. Earum nullus actus in qualitibus collocatur. Sunt enim actus illarum vel motus sursum & deorsum, vel permanentia in loco seorsum & deorsum. Permanentia ad prædicamentum Ubi refertur ad quod etiam reducuntur illi motus, vel ad categoriam actionis aut passionis spectant. Quæ de re jam disputare nihil attinet. Idem asserendum

dum

dum de quibus vis potentiis, quæ secundum locum motrices sunt, sive sint progressivæ, sive expultrices, sive attractrices, &c.

IX. Javellus *loc. supra cit. & V. Metaph. q. XV.* & Suarez *disp. Metaph. XIV. s. II. c. 13.* distinguunt & statuunt potentiam passivâ cum actu, ad quem ex primariâ ratione & essentiâ suâ est ordinata, esse in eodem genere, & hoc modo potentiam materiæ ordinari ad actum substantialem, proptereaq; & ipsam esse substantiam, & intellectum ad actum intelligendi; utrumq; autem, tam intellectum scilicet, quàm actum intelligendi, qualitates esse. Quod si verò comparatur potentia cum actu, ad quem non est primariò ordinata aut instituta, tum posse esse potentiam & actum in diversis prædicamentis: sic materiam primariò & per se respicere formam substantialem, quia autem eam non possit recipere, nisi receptiva sit talis quantitatis, idèò secundariò respicere hanc vel illam quantitatem. Quantitatem ipsam non ad recipiendas qualitates, sed ad extendendas partes substantiæ, ut naturaliter non possint se se loco penetrare, esse primò institutam, ait Suarez.

X. Hanc doctrinâ in universum & sine ulteriori exceptione veram esse de potentiâ receptiva statuit. Quantum ad potentias activas verò expressè docet, posse eas per se & primò esse ad actum ordinatas, ut non sint cum illo in eodem prædicamento.

ament
quibus
dinatas

XI. I
tentia r
retur ac
suo gen
tur in il
dèò op
locetur.
ad actum
fectum,
se unum

XII.
untur p
eantur
zium, v
uni ad
Thom
nec Ari
patebit
gismus
tentia r
ctum ad
unū per
nere vel
ceptiva
illum, u
re & qu
toit. Erg

camento, & adducit potentias locomotivas, de quibus supra §. II. X. quas primò ad actus suos ordinatas faterur.

XI. Rationem diversitatis assignat, quòd potentia receptiva per se ordinata ad actum comparatur ad illum, ut imperfectum ad perfectum in suo genere & quodammodò per se unum videatur in illo ordine constitutere cum suo acta, & idedò oporteat, ut cum eo sub eodem genere collocetur. At potentia activa per se etiam ordinata ad actum, non ordinatur, ut imperfectum ad perfectum, neque ut cum illo componat aliquid per se unum, sed ut causa extrinseca.

XII. Thomistæ nihil non excogitant & moluntur pro afferendâ præsentî propositione, ut taceantur suum Doctorem Angelicum. Sed Suarezium, virum liberioris iudicii, neque Magistro uni addictum, pro ea, in sensu imprimis, quò à Thomistis accipitur, tam sollicitò esse miror. cum nec Aristotelis sit, ut ipse fatetur, & postmodum patebit, nec ullo firmo nitatur argumento. Syllogisticus ex verbis, Suarezii est hic: Quacumq; potentia receptiva comparatur ad actum, ut imperfectum ad perfectum in suo genere, & quodammodò unum per se cum illo constituit, illa est in eodè genere vel prædicamento cum actu. Sed potentia receptiva per se ordinata ad actum, comparatur ad illum, ut imperfectum ad perfectum in suo genere & quodammodò unum per se cum illo constituit. Ergò.

XIII. Ut respondeamus, præmittimus primò ex Suarezio *disp. Metaph. IV. s. III. n. 14.* compositum ex substantiâ & accidente esse quodammodo ens per se, imò magis esse ens per se, quàm exercitum, domum, arborem, cui ramus alterius speciei insitus, quæ quodammodo entia per se esse docet. Quin ipsam quantitatem cum luce, vel colore, aut aliis accidentibus, quæ de sententiâ Thomæ & Suarezii ipsi immediatè insunt, imò quamlibet potentiam receptivam cum suo actu, sive per se ad illum ordinetur, sive non, facere quodammodo ens per se, ex disputatione & rationibus Suarezii *cit. n. 14.* adductis, nemo nõ colligere poterit.

XIV. Præmittimus secundò, potentiam receptivam bifariam considerari: 1. ut est receptiva; & sic sine exceptione quælibet est suo actu imperfectior, referturque ad eum, ut imperfectum ad perfectum, quia omnis potentia receptiva completur per suum actum, & melius se habet sub actu, quàm sine illo. 2. secundum esse absolutum; & sic quælibet, quæ primò ordinata est ad actum accidentalem, quales potentie animæ sunt, est eo perfectior, propterea, quod nulla hujusmodi est merè passiva; sed quælibet est simul activa & principium effectivum æquivocum actus. Ita Suarez *disp. XLIII. sect. VI. n. 19. & 20.* Utrumque igitur præsuppositum tanquàm ex sententiâ Suarezii prolacum accipiendum est, quicquid de veritate sit.

XV.

dicit, potest
fectum ac
ceptivâ, u
sa, propt
primò a
stantia re
fectior,
ad perfec
dò unum
prædicar
esse abso
falsa est,
lucis se l
cundum
habet S
paratur,
tuit cum
modum
est mino
ta ad act
ctior, u
non hab
ctum.

XVI.

per se n
ctum, u
recepti
re, quia

XV

XV. Jam quando Suarez in suo argumento dicit, potentiam receptivam comparari ut imperfectum ad perfectum, vel loquitur de potentia receptiva, ut est talis; & sic Major propositio est falsa, propterea, quod potentia qualibet, etiam non primo ad actum ordinata qualis quoque est substantia respectu accidentis, hoc modo est imperfectior, & sic refertur ad ipsum, ut imperfectum ad perfectum, & cum eo constituit quodammodo unum per se, nec tamen cum eo est in eodem predicamento. Vel loquitur de ea secundum esse absolutum: & sic non solum Major fortassis falsa est, propterea quod quantitas, quæ respectu lucis se habet ut potentia receptiva, fortassis secundum esse absolutum imperfectior est luce, ut habet Suarez *cit.* §. 20. atque ita cum luce comparatur, ut imperfectum cum perfecto, & constituit cum ea quodammodo unum per se, quemadmodum ex §. XIII. videre est; sed falsa quoque est minor, quia potentia receptiva per se ordinata ad actum accidentalem, absolute est eo perfectior, ut patet ex §. XIV. & per consequens sic non habet se ad illum, ut imperfectum ad perfectum.

XVI. Dicis; Etsi potentia receptiva ea, quæ per se non ordinatur ad actum, comparatur ad actum, ut imperfectum ad perfectum, quatenus est receptiva, non tamen ita comparatur in suo genere, quia non est in eodem genere cum actu. At

F

Suarez

Suarez requirit, ut potentia ita comparetur cum actu in suo genere.

XVII. Resp. Si in argumento Suarezii *in suo genere* idem est, quod *in eodem genere* sive *predicamento*, ut nimirum dicatur, potentiam comparari ad actum, ut imperfectum ad perfectum in eodem genere sive predicamento, palpabilis est petitio ejus, quod est in principio. Patet apud Suarezium illud, *in suo genere*, nihil aliud esse, quam quatenus est potentia receptiva.

XVIII. Possunt & hæ rationes afferri pro sententiâ Thomistarum. 1. Potentia per se ordinatur ad actum ab eo specificatur. 2. Ipsi proportionantur, ut loquuntur: sed res unius predicamenti specificari à re alterius predicamenti, aut proportionari ei nequit.

XIX. Respondeo: Gravitas specificatur per suum actum, eique proportionatur, licet in diversis sint predicamentis. Et quis negaverit, animam proportionem habere cum suis potentiis & actibus, quarum quidem receptiva est, & quibus perficitur? Cum iis tamen ex sententiâ Thomistarum non pertinet ad idem predicamentum. Anima rationalis, quæ res spiritualis est, specificatur à materiâ. Quidni ergo & substantia possit specificari per accidentia? Ad rationem in verbis Thomæ §. III. adductam postmodum respondebimus.

XX. Nos dicimus, de potentia & actu bifariam nos posse loqui, scilicet, ut considerantur in ab-

fracto vel
tentia ani
tiã & actu
discipulis
quid hæc
disputavit
esse actu
tantum in
mero eas
est, quæ n
dem homi
actu est,
t. 19. que
vimus, ut
homo est
vã agentis
qui ante
creatione
XXI. Ma
mas cum
tiam in eo
quuntur
dentibus
de forma
non de p
ita de reb
ita ut sibi
ut de ho
actu, no

tracto vel secundum se, ut materia & forma, potentia animæ, & actus eorum secundi. De potentia & actu hoc modo consideratis Thomas cum discipulis presentem regulam intelligunt. Sed quid hâc ratione de eâ sentiendum sit, hæcenus disputavimus. 2. Ratione rerum, quæ dicuntur esse actu vel potentia; & sic concedo, eas non tantum in eodem esse genere, sed & specie & numero easdem esse, quatenus eadem numero res est, quæ modò potentia est, modò actu, sicut idem homo est, qui olim potestate erat, jam autem actu est, quod patet ex ipso Aristotele *IX. Met. t. 19.* quem quoque præced. disp. Reg. III. allegavimus, ut & ex *XII. Metaph. t. 26.* Idem, inquam, homo est, qui in potentia passivâ materiæ & activâ agentis erat, & qui jam est actu, sicut & Adam qui ante creationem in potentia activâ Dei, post creationem autem actu fuit, idem homo fuit.

XXI. ubi sciendum, quod sicut, quando Thomas cum discipulis suis asserunt, actum & potentiam in eodem esse predicamento vel genere loquuntur de potentia & actu sibi invicem respondentibus, ut de actu videndi & potentia videndi, de forma substantiali & potentia ejus receptiva, non de potentia videndi & de forma substantiali: ita de rebus, quæ actu & potentia esse dicuntur, ita ut sibi invicem respondeant & opponantur, ut de homine, v. g. Petro potentia, & de Petro actu, nobis sermonem esse. Non sunt idem specie

cie, multò minus numero, equus actu, & hon-
 potentia. Neque ad idem prædicamentum per-
 tinent homo actu, & virtus, quæ potentia est, cum
 in iis actu esse, & potentia esse non opponantur,
 neque sibi invicem respondeant.

XXII. Jam & ad argumentum Thomæ §. I. pro-
 propositum respondemus, concedendo, actu
 & potentiam ens & quodlibet genus entis di-
 dere, quatenus omne ens actu est vel potentia
 neque ullum est genus entis, quod non continetur
 at ea, quæ actu vel potestate sunt; sed non necesse
 esse est, ut ipsa potentia & actus, per quæ actu
 vel potentiâ res esse dicuntur, ad idem pertineant
 genus sive prædicamentum, quod evidens est in
 prædicamento agere. Ita enim agens, vel ipsum
 agere, ut scribere vel ædificare, est actu vel potestate,
 ut potentia agendi non contineatur in prædicamento
 agere, ad quod actus ejus nempe ipsum agere
 pertinet, sed in prædicamento quatenus agens
 tatis. Quòd si ex eò, quòd actus & potentia dividunt
 ens, & omne genus entis, sequeretur, actu
 & potentiam in eodem esse prædicamento, necesse
 esse esset, quamlibet potentiam, etiam eam, quæ
 quam non primò ad actum præferri docent, id est
 cum ipsò occupare prædicamentum, cum & huiusmodi
 potentia in numero potentialium sunt, quæ ens &
 quodlibet genus entis dividunt, quod tamen, ut à
 veritate alienum, illi ipsi, quos contra jam disputamus,
 repudiant.

nè est actu
 quòd generat
 tiam com
 Docet ibi
 rum eadem
 logià quâ
 materiam
 autem, r.
 men, ut if
 materia fi
 actu com
 sit album
 jectum, sive
 cies. Hic
 re substan
 litates fun
 ad format
 ita se habe
 nem. Ex
 bis Philos
 dem semp
 contrariu
 id, quod u
 alibi & nig
 tenebraru
 sicut & aë
 re prædic
 sequentia

XXIII. Sed & *textus 26. Lib. II. Metaph.* planè est ἀπεγοδιάνυτος. Non enim docetur ibi, in quò genere actus stabulatur, in eòdem & potentiam comprehendi, neque id ex eo colligi potest. Docet ibi Philosophus, omnium prædicamentorum eadem esse principia, non similiter, sed analogià quàdam, eaque principia *t. 22.* dixerat esse materiam, formam & privationem, in præsentia autem, *t. 26.* ait, esse potentiam & actum, ita tamen, ut ista duo cum illis tribus coincident, cum materia sit ens potentià, forma & privatio sub actu comprehendantur. Ut in genere colorum sit album forma, nigrum privatio, materia & obiectum, sive id, quod potentiam importat, superficies. Hic datur analogia inter principia in genere substantiarum, & in genere colorum, qui qualitates sunt. Sicut enim se habet materia prima ad formam substantialem & privationem ejus: ita se habet superficies ad albedinem & nigredinem. Ex quibus patet, tantum abesse, ut ex verbis Philosophi colligi possit, potentiam esse ejusdem semper prædicamenti cum actu, ut potiùs contrarium indè inferatur, cum expressè dicat id, quod ut materia & potentia se habet, respectu alibi & nigri esse superficiem, respectu luminis & tenebrarum aërem. At colores & superficiem, sicut & aërem & lumē in diversis domicilia habere prædicamenti, extra dubium est. Et quæ consequentia: forma & privatio ad idem pertinent.

prædicamentum. Ergo & potentia vel materia-
rum? Quod si ex hoc loco probare velint, quod
privatio spectat ad prædicamentum, in quo
habitus sive forma, ideo & potentiam ad illu-
psum pertinere, cogentur admittete, quamlibet
potentiam, etiam illam, quam primò actum
respicere dicunt, in eo contineri prædicam-
to, in quo constituitur actus, cùm doctrina
Philosophi generalis sit, & non restricta
potentiam quam primò ad actum referri a-
runt.

REGULA IV.

Alia actus, alia potentie causa est.

I. Quod Luna obscurari & privari lumine
est, hujus potentie causa est ipsa natura luna-
cundū hanc enim, cū proprio lumine destituitur,
apta est tum lumen, tum privationem lumen
recipere: quod actu obscuratur, & lumen
mittit, inde provenit, quod inter eam & Sole
à quo illuminatur, terra interponitur, quæ si
opacitate non permittit radios Solis ad Lunæ
pus penetrare. Potentia putrescendi in corpori
mixtis causā habet æternam, ipsam nimirum
poris mixti naturam: at putredinis causa ex
corpus mixtum est constituta, calor nimirum
corporis ambientis proprium & naturale
calorem in humidō corrumpens. Sic non
dem causa est risus, & aptitudinis ad ridendum.

Hujus
illius ver
ov, sive
mine co

II. Est
sa actus,
quæstio
simplici
non red
rationis
potius t
sponde
ridere, c
In aliis

Cu

I. Si
& Dei d
tur, int
per pot
hilo, h
tentia p
siva eff
nz ada
Dico a
aliqui
sivā,

H

Hujus causa est. τὸ λογικόν sive facultas rationalis illius verò est aliquid externum, nempe τὸ γελοῖον, sive ridiculum fortè oblatum, & actu ab homine cognitum.

II. Est quidè & potentia ipsa aliquo modo causa actus, non tamen hujusmodi, quæ satisfaciat, quæstioni propter quid, & dicitur causa proxima simpliciter, ut si quærat, cur hic vel ille rideat, non rectè respondebis, id propterea fieri, quòd sit rationis particeps. Si enim ea est causa, cur hoc potius tempore, quàm alio ridet? Benè autem respondebis, & interrogans acquiescet, si dixeris, ridere, quòd res quædam ridicula ipsi sit oblata. In aliis resperinde elara est.

REGULA V.

Cuilibet potentia activa respondet passiva.

I. Si de potentia activa in suà latitudine, ut & Dei & creaturarù potentiam sub se complectitur, intelligatur, non est absolutè verum. Nam per potentiam divinam potest aliquid fieri ex nihilo, hoc est, nullà præsupposità materià sive potentia passivâ: imò per eam prima potentia passiva esse suam habet. Non ergò potentia divinæ adæquatè respondet aliqua potentia passiva. Dico adæquatè, quia licet Deus, ut potentia suâ aliquid producat non opus habeat potentia passivâ, cùm ex nihilo rem facere possit, potest

tamen etiam ex supposita materia aliquid facere. Quod autem potentia divina adæquatè responderet, est potentia, quam Scotus vocat objectivam, vel id, quod est absolute possibile, sive quod fieri non implicat contradictionem.

II. Quantum ad potentiam rerum creaturarum duplicem sensum axioma habere potest, quorum primus est, quòd ut potentia activa traducatur in actum, necesse sit, adesse potentiam passivam in quam agat: & hic sensus est simpliciter & necessariò verus, propterea, quod nulla potentia creata potest in nihilum agere, & ex nihilo aliquid facere: requirit itaque absolute subjectum, sive materiam, quæ est principium passivum, ut in actum deducatur. Unde Aristoteles *V. Met.* & *IX. Metaph. c. 2.* potentiam activam per passivam definit, cum dicit, potentiam activam esse principium mutationis in aliò, voce *aliò* intelligens τὸ πρὸς ἄλλο. Alter sensus est, quòd quacunque potentia activa creata existente, necesse sit existere aliquam potentiam passivam ipsi respondentem id est, per quam aliquid capax sit actus ipsius. Atque hoc non videtur æquè esse necessarium; procul dubio tamen ipsum quoque verum est, & probatur inductione. Datur in rerum natura potentia generativa, & corruptiva, sed datur etiam materia, ex qua generatur, quicquid generatur, & in quam resolvitur, quod interit. Datur potentia alteratrix, ut calor, frigus, datur

lo

locome
actu in
& frige
geri, di

III. S

quoque
rerum n
quæ ips
fra..

Cm

I. Po
fit poter
tut pote
fariò ve
cit, & p
quando
transm
princip
que pot
quæ ips
simplic
tia activ
creatar
tia activ
sive res
potenti

locomotrix, altrix, diminutrix; sed dantur etiam actu in rerum natura ea, quæ alterari, ut calefieri & frigesieri possunt; dantur, quæ locomoveri, augeri, diminui possunt.

III. Suarez *disp. Met. XLIII sect. 2. §. II. inde*, quoque probat, quòd, si potentia activa esset in rerum natura, non existente potentia passiva, quæ ipsi respondeat, tunc illa potentia esset frustra.

REGULA VI.

Cuilibet potentie passivæ respondet activa.

I. Potest & hoc dupliciter intelligi: 1. quòd, fit potentia passiva deducatur in actum, requiratur potentia activa; & sic est simpliciter & necessario verum. Unde Aristoteles *locis preced. Reg. cit.*, & passivam potentiam per activam definit, quando dicit, *potentiam passivam esse principium transmutationis ab alio*, ultima hac voce notans principium activum. 2. Quod existente quacunque potentia passiva, necesse sit existere activam, quæ ipsam possit traducere in actum; & sic etiam simpliciter verum est, comprehendo sub potentia activa tam divinam, quam eam, quæ est rerum creaturarum. Sic enim, si vel maximè nulla potentia activa creata existeret, quæ alicui potentie passivæ responderet, & ipsa in actum traducere posset, potentia tamen divina suppleret illum defectum.

quum ad quamlibet potentiam passivam potentia divina se extendat, & ad quemlibet ejus actum. Averroës *XII. Metaph. t. 18.* omnes formas in potentia in primâ materiâ, & in actu in primô motore esse scribit.

II. Si autem de solâ potentiâ activâ creaturarum sermo sit, tunc iterum distinguendum est. Nam cum potentia passiva respiciat plures & specie distinctos actus, fieri potest, ut non detur respectu omnium potentia activa: quod vel inde constat, quod, cum Deus plura & specie distincta corpora ab iis, quæ nunc sunt, possit facere, materia prima ad omnia potentiam habet, non existunt agentia creata, quæ efficere illa possint. At nulla potentia passiva est in rerum naturâ, cui non respondeat activa creata, per quam possit, saltem ad aliquos actus deduci. Vid. Suarez *loc. cit. num. 10. & seqq.*

III. Caterùm istæ duæ regulae hisce vocibus expressæ non reperiuntur apud Aristotelem; solent tamen à quibusdam deduci ex *III. de anima t. 17.* ubi Philosophus dicit, in omni naturâ esse aliquid, quod sit materia cuique generi subjecta, & habeat potentiam ad illa omnia, esse etiam alterum, quod sit causa, & habeat vim efficiendi omnia, quod faciat omnia, eam habens rationem, quam ars habet ad materiam.

COROLARIA.

1. Non parùm negotii multis exhibere solent hi

Et similes syllogismi: *Impossibile est omnem animam esse immortalem. Anima rationalis est anima. Ergo impossibile est animam rationalem esse immortalem. Sed si in locum Majoris equipollentem ejus ex penult. cap. I. de Interp. substitueris, utrum statim deprehendes.*

II. *Simplicius ad t. 5. L. V. Phys. notat, vocem πῶς equivocam esse, et nunc terminum motus, nunc ipsum motum significare. Sed verius videtur, ex sententiâ Aristotelis nomen hoc non convenire motui.*

III. *Esse in locô, essentiale corporis accidens esse.*

Crellio ad t. 16. L. IV. Phys. et aliis non concedimus.

IV. *Futurorum contingentium, etiam singularium, est determinata veritas.*

ΠΑΡΕΡΤΑ.

Q. 1. *An Judæi de mandatô divinô Regem elegerint.*

2. *An Jephthe filiam suam mactaverit, nec ne?*

3. *An Job. XII. 3. et Marc. XIV. 3. πῆξις legendum, quod approbat Heinsius in Arist. sacro c. 24. an verò ὀπίξις, ut vult Hartungus loc. memor. dec. 3. c. 6. et alii?*

An si legatur πῆξις, illud ὄρα τὸ μὲν descendat, quod asserit Casaubonus in notis, an δὲ τῆς πῆξις, quod idem in Exerc. XIV. ad Ann.

Baron.

F 6

Dispos.